Quelle: https://manuscripta.at/?ID=59
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

animae & mandata dominus nobis donauit.
lxxx Discite a me inquit quia mitis sum & humi-
& quae deinceps. Mansuetudo quidem sine
perturbatione furorem custodit. humi-
litas autem a fastu & uana gloria liberat.
lxxxi Duplex est dei timor. hic quidem est quem ex minis
suppliciorum nobis ingenerat. propter quem continen-
tia & patientia & spes in deum & inpas-
sibilitas. ex qua caritas secundum ordinem
fit in nobis. Ille uero ipsi caritati connec-
tus est. religionem sempiternam faciens.
ut non propter caritatis confidentiam in
lxxxii contemptum dei ueniat. Et primum quidem timo-
rem foras mittit perfecta caritas. animae
possidentis illam. non ad plus supplicium ti-
mentis. secundum autem in semet ipsa habet
semper. sic dictum est coniunctum. Scriptum est pri-
mo quidem timori congruit illud. quia
timore domini declinat a malo. & princi-
pium sapientiae timor domini. Secundo uero illud.
timor domini castus permanens in saeculum saeculi. & illud. non est
lxxxiii inopia timentibus eum. Mortificate
quae sunt membra uestra quae sunt super terram. fornicationem inmun-
ditiam. passionem. concupiscentiam malam. & quae
deinde. Terram quidem nominauit pru-
dentiam carnis. fornicationem autem dixit
peccatum secundum operationem. Inmundi-
tiam uero consensum uocauit. Passionem autem
morbidam cogitationem nuncupauit.
Concupiscentiam uero malam subtilem

receptionem cogitationis concupis-
centiae. Auaritiam autem genitiuam
& augmentatiuam uitii non autem materiam.
Haec enim omnia sicut membra existentia pru-
dentiae carnis. iussit diuinus apostolus
mortificare. Et primum quidem memo- lxxxiiii.
ria subtilem cogitationem in mentem
refert. & hac tardante motum uitii.
hoc autem non intempto flectit mentem in
consensum. Cum autem hic fit. uenit deinde reliquum
in peccatum secundum operationem. Sapi-
entissimus enim apostolus. ad eos qui de gentibus
erant scribens. perfectionem peccati
primum iubet interimere. inde secundum or-
dinem regredientis in causam desinere.
Causa uero est genitiua sicut praedictum est
& augmentatiua uitii auaricia.
Opinor autem hic castrimargiam sig-
nificare. quasi matrem & nutricem for-
nicationis existentem. Auaricia
enim non solum inopibus sed & in diuitibus est mala.
sicut & abstinentia non solum in diuitibus. sed
& inopibus bona. Sicut passer pede lxxxv.
ligatus incipiens uolare super terram
detrahitur funiculo. ita & mens quae
nondum inpassibilitatem possedit. & in
scientiam super caelestium uolat a ui-
ciis. tota super terram deuoluitur.
Cum mens perfecte a uitiis liberata lxxxvi.
fuerit. tunc & in contemplationem